



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

6 Vtrum mætus causet inuoluntarium simpliciter.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

tem: quod autem est contra naturam, dicitur esse in- naturale: & similiter quod est contra voluntatem, di- citur esse inuoluntarium. vnde violentia inuolunta- rium causat.

* ar. praece.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd inuoluntarium voluntario opponitur. Dicitur * est autem supra, qd voluntarium dicitur non solum actus, qui est im- mediate ipsius voluntatis, sed etiam actus a volun- tate imperatus. Quantum igitur ad actum, qui est im- mediate ipsius voluntatis, vt supra dictum est, qd vio- lentia voluntati inferri non potest: sed quantum ad actum imperatum, voluntas potest pati violentiam: & quantum ad hunc actum violentia inuoluntariu facit.

† ar. praece.

AD SECVDVM dicendum, qd sicut naturale dici- tur, quod est secundum inclinationem naturae: ita vo- luntarium dicitur, quod est secundum inclinationem voluntatis. Dicitur autem aliquid naturale duplici- ter. Vno modo quia est a natura, sicut a principio a- ctiuo: sicut calefacere est naturale igni. Alio modo, scilicet a principio passiuo, quia est in nata inclina- tio ad recipiendum actionem a principio extrinse- co: sicut motus caeli dicitur esse naturalis, propter ap- titudinem naturalem caelestis corporis ad tale motum, licet mouens sit voluntarium. Et similiter vo- luntarium potest aliquid dici dupliciter. Vno modo scilicet a principio, puta cum aliquis vult aliquid agere. Alio modo, secundum passionem scilicet cum aliquis vult pati ab alio: vnde cum actio inferitur ab aliquo exteri- ori, manente in eo qui patitur voluntate patiendi, non est simpliciter violentum: quia licet ille qui patitur, non conferat agendo, confert tamen volendo pati vnde non potest dici inuoluntarium.

* tex. 27. to- mo 2.

AD TERTIVM dicendum, qd sicut Philosophus dicit in octavo Physic. * Motus animalis, quo inter- dum mouetur animal contra naturalem inclinationem corporis, etsi non sit naturalis corpori, est tamen quodammodo naturalis animali, cui naturale est, qd secundum appetitum moueatur: & ideo hoc non est violentum simpliciter, sed secundum quid. Et simili- ter est dicendum, cum aliquis inflectit membra con- tra naturalem dispositionem: hoc enim est violentum secundum quid, scilicet quantum ad membrum particulare: non tamen simpliciter, quantum ad ip- sum hominem.

ARTICVLVS VI.

Vtrum metus causet inuoluntarium simpliciter.

Infr. ar. 7. ad 1. & 2. Et 4. dist. 29. q. 1. ar. 2. Et quo li. 5. arti. 10. Et 2. cori. c. 9. co. 3. Et 3. Ethic. co. 2. & 4. un.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur qd metus causet inuoluntarium simpliciter. Sicut enim violentia est respectu eius, quod contrariatur presen- tialiter voluntati, ita metus est respectu futuri mali, quod repugnat voluntati: sed violentia causat inuo- luntarium simpliciter, ergo & metus inuoluntarium simpliciter causat.

¶ 2. Praet. Quod est secundum se tale, quodlibet ad- dito remanet tale: sicut quod secundum se est calidum, cuiusq; coniungatur, nihilominus est calidum, ipso manente: sed illud quod per metum agitur, secundum se est inuoluntarium, ergo etiam aduenien- te metu est inuoluntarium.

¶ 3. Praet. Quod sub conditione tale est, secundum quid est tale: quod autem absq; conditione est tale, simpliciter est tale: sicut quod est necessarium ex con- ditione, est necessarium secundum quid: quod autem est necessarium absolute, est necessarium simpliciter. Sed id, quod per metum agitur, est inuoluntarium absolute: non est autem voluntarium, nisi sub condi-

tionem. sicut videtur malum quod timetur, ergo id, qd per metum agitur, est simpliciter inuoluntarium.

SED CONTRA est, quod Greg. Nicen. dicit, * & Et Philosophus, qd quod huiusmodi quae per metum aguntur, sunt magis voluntaria, quam inuoluntaria.

RESPON. Dicendum, qd sicut Philosophus dicit in 3. Ethic. * & idem dicit Greg. Nice. in lib. suo de homine. † Huiusmodi, quae per metum aguntur, mista sunt ex voluntario, & inuoluntario. Id. n. quod per metum agitur, in se consideratum, non est volunta- rium: sed sit voluntarium in casu, scilicet ad vitandum ma- lum quod timetur. Sed si quis recte consideret, magis sunt huiusmodi voluntaria, qd inuoluntaria: sunt. n. voluntaria simpliciter, inuoluntaria autem secundum quid. Vnum quodq; enim simpliciter esse dicitur, se- cundum quod est in actu: secundum autem quod est in sola apprehensione, non est simpliciter, sed secun- dum quid. Hoc autem quod per metum agitur, secun- dum hoc est in actu, secundum quod sit. cum enim actus in singularibus sit, singulare autem in quantum huiusmodi, est hic, & nunc, secundum hoc id quod sit, est in actu, secundum quod hic est, & nunc, & sub alijs conditionibus individualibus. Sic autem hoc qd sit per metum, est voluntarium, in quantum scilicet est hic, & nunc: prout in hoc casu est impediens maioris mali, quod timebatur: sicut proiec- tionem in mare sit voluntarium tempore tempe- statis propter timorem periculi: vnde manifestum est, qd simpliciter voluntarium est. vnde & competit ei ratio voluntarij: quia principium eius est intra. Sed quod accipiat id quod per metum sit, vt extra hunc casum existens, prout repugnat voluntati, hoc non est nisi secundum rationem tantum: & ideo est in- uoluntarium secundum quid, id est, prout conside- ratur extra hunc casum existens.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd ea quae aguntur per metum & per vim, non solum differunt secun- dum praesens, & futurum: sed etiam secundum hoc, qd in eo, quod agitur per vim, voluntas non consen- tit, sed omnino est contra naturam voluntatis: sed id quod per metum agitur, sit voluntarium, ideo quia motus voluntatis fertur in id, licet non propter se- ipsum, sed propter aliud, scilicet repellendum malum, quod timetur: sufficit enim ad rationem voluntarij, qd sit propter aliud voluntarium. Voluntarium. n. est non solum quod propter seipsum volumus vt sine, sed etiam quod propter aliud volumus ut propter finem. Patet ergo qd in eo quod per vim agitur, vo- luntas interior nihil agit. Et id, ut Gre. Nice. dicit, * ad excludendum ea, quae per metum aguntur, in diffini- tione violenti non solum dicitur, qd violentum est, cuius principium est extra, sed additur, nihil confe- rente uim passio, quia ad id, quod agitur per metum, voluntas timentis aliquid confert.

AD SECVDVM dicendum, qd ea quae absolute di- cuntur, quolibet addito, remanent talia, sicut calidum, & album: sed ea quae relative dicuntur, variantur secun- dum comparationem ad diuersa: quod. n. est magni comparatum huic, est paruum comparatum alteri. Voluntarium autem dicitur aliquid non solum pro- pter se quasi absolute, sed etiam propter aliud quasi relative: & ideo nihil prohibet aliquid, quod de se non esset uoluntarium, alteri comparatum fieri uo- luntarium, per comparationem ad aliud.

AD TERTIVM dicendum, qd illud quod per me- tum agitur, absq; conditione est uoluntarium, i. se- cundum quod actu agitur: sed inuoluntarium est sub conditione, i. si talis metus non immineret: vnde secun- dum illam rationem magis potest concludi oppositum.

A R

Lib. 5. c. 1. ante med. c. 1. no mal tum procul a prima. * Li. 5. Eth. c. 1. non re- more a prin cip. † Nicen. li. 5. cap. 4.

Lib. 5. c. 1.